

et in verticem ipsius iniquitas
 eius descendet. **Q**uoniam confitebor domino
 secundum iustitiam eius: et psallam nomini
 domini altissimi. ps. viij.

Domine dominus noster;
 quoniam admirabile est nomen
 tuum in universa terra. **Q**uoniam
 elevata est magnificentia tua
 super celos. **E**t ore infantium et
 lactantium perfecisti laudem propter
 inimicos tuos: videlicet destruas
 inimicum et victorem. **Q**uoniam videbo
 celos tuos. opera digitorum tuorum:
 lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est homo quoniam memores e
 ius aut filius hominis quoniam visitas
 eum. **D**ivulisti enim paulominus
 ab angelis gloria et honore co